

quòd rariorem seu frequentiorem horum vel illorum modorum usum consequitur, leuiter dissentit. Quod ipsum iam examinet unusquisque publicæ pacis fraterneq; charitatis amans, an tam enormi vitio dandum sit, vt alter alterius capitis reum intestino odio peragat.

Dij meliora püs, erroremq; hostibus illum. Dum videt Chymicus, eodem Medici commentationes secum conniti, vt licet minus operosâ μεταμορφώσι, id frequenter effectū det, qd' oportet, si non ad vnguem persuaso suo acumiñi respodeat, ferat ipsum quē optat<sup>9</sup> operationis euentus exvoto sequitur. Dū videt Medicus eodem Chymici operationes secum conniti, vt quod sibi quoque propositum est, is indefesso labore frequētiū asscutus, magnos inuictos, que morbos non rarò, acuratiore medicamentorum forma, citò, tutò, iucundè expugnet, ferat ipsum, frequentiore licet vsu eorū, quæ nec ipse sæpiùs, antiquorū exemplo respuit, à se diuersum. Cogitet vterq; se etandū mediocritatis tramitē esse, ne p̄ceps ruens, secū quoq; egrotū miserū pessūdet. Scilicet, ne qua-

G 4      quam